4

DE VITA

THOMAE CHERSAE

RHACUSINI

COMMENTARIUM

ANTONII CESARI

SODALIS PHILIPPIANI VERONENSIS

ITALICE

AB EODEM CONVERSUM



VERONAE

EX OFFICINA LIBANTEA

AN. M. DCCC. XXVII.

Digitized by Google

Digitized by Google

Ut vultus hominum, ita simulacra vultus imbecilla ac mortalia sunt; forma mentis aeterna: quam tenere et exprimere, non per alienam materiam et artem, sed tuis ipse moribus possis. Quidquid ex Thoma Chersa *amavimus, quidquid mirati sumus, manet mansurumque est in animis hominum, in aeternitate temporum, fama verum. Nam multos veterum, velut inglorios et ignobiles, oblivio obruet:* Thomas Chersa, *posteritati narratus et traditus, superstes erit.*

Tacitus, in fine Vitae Jul. Agricolae.

Digitized by Google



De Thomae Chersae vita cum aliquid scribere instituissem, amorine meo in amicum dulcissimum, an Antonii ejusdem fratris dolori potissimum inservirem, addubitavi. horum tamen utrique satis me esse facturum, facile intelligo.

I. Thomas honesto genere, Patre Stephano Chersa, homine probo cum primisque diti, et Maria Boscovichia primaria femina, Rhacusae natus est, III. nonas apriles A. M.DCCLXXXII. . Grammaticae magistrum habuit Lucam Bianchium, hominem huic disciplinae tradendae aptissimum. Eum vero humaniores literas docuit Franciscus M. Appendinius, e Scholarum sodalitate quas Pias vocant. In philosophicis vero ac mathematicis audiit Urbanum Appendinium, ejusdem sodalitatis: ambos scientia et virtute probatissimos: quibus omnibus perpetuo fuit carissimus, quippe qui in unaquaque scientia primas semper tulerit: ut illum apud condiscipulos praecipua studii ac diligentiae laude commendarent; praedicarentque, hunc in omni scientiarum genere absolutissimum evasurum: quod et eventus probavit. Nec minore hunc laude prosequutus est jurisprudentiae publice doctor, Rhacusinae juventuti constitutus, cui studiose operam dedit, Aloisius Cosintus,

Avendo io proposto di scrivere qualche cosa della vita di Tommaso Chersa, io non sapea bene qual mi facessi meglio; o io servissi all'amor mio verso l'amico dolcissimo, ovvero al dolore del fratel suo Antonio. quantunque di leggeri m'accorgo, che all'una e all'altra di queste due cose mi verrà soddisfatto.

I. Di orrevol padre, Stefano Chersa, uom dabbene e assai dovizioso, e di Maria Boscovich donna primaria, nacque Tommaso a' 3 di Aprile dell'anno 1782, in Ragusa. Maestro della grammatica ebbe un Luca Bianchi, uom bello e formato a far quella scuola. Gl'insegnò umane lettere Francesco Maria Appendini, delle Scuole pie. La filosofia imparò da Urbano Appendini del medesimo ordine; ambedue di dottrina e virtù lodatissimi: a' quali tutti fu sempre carissimo, come colui che in ogni scienza portò sempremai la palma; lodandolo essi a' suoi condiscepoli di studio e diligenza, e di lui predicando (quello che fu), che egli ne tornerebbe in ogni fatta discipline uomo compito. Nè meno ebbe a lodarsi di lui il Professor di legge, posto dal comun di Ragusa a' suoi giovani, Luigi Cosinti;

egregiam juvenis indolem, mentis aciem ac studium miratus. Erat enim ingenio peracri ac docili; tanto autem sapientiae studio incensus, ut literis ediscendis nec labori unquam, nec vigiliis sibi parcendum existimaret: quo factum est, ut brevi locupletissimam sibi scientiarum cognitionumque omnis generis supellectilem compararit. Ad linguas etiam animum applicuit quam diligentissime, ut Latinam, Italicam, Gallicam, Anglicam perdocte calleret: quarum praesidio, legendis auctoribus, omnigena rerum scientia mentem ornaret, seque ad clarissimorum hominum amicitias vel colligendas vel tuendas, potissimum compararet.

II. Annos igitur natus XXI. Italicam peregrinationem suscepit, ac Romam, anno M.DCCC.III, profectus est: cujus quidem urbis toto orbe celeberrimae, omnia jam antiquitatis, magnificentiae, doctrinarum atque artium monumenta antea habebat cognitissima, quam ea oculis usurparet. Ibi tum humanitate et doctrina, tum fama quae de illo ante increbruerat, praestantissimorum hominum cito iniit consuetudinem, eosque in sui amorem et admirationem adduxit; ut illum ab se nunquam dimitterent, sociumque sermonum et commentationum habere vellent: ex quibus principes fuere Josephus Marottus, Cajetanus Marinius (duo ab exquisitiore doctrina Italiae lumina), atque illa rerum omnium absolutissima bibliotheca, Franciscus Cancellerius; qui ante paucos hos menses ex-

alle cui lezioni ponea grande studio; rapito dall' egregia indole, acume e diligenza del giovane: imperocchè egli ebbe ingegno assai sottile e pieghevole; nell'amore della sapienza poi acceso per forma, che nell'imparar lettere, giudicò non doversi perdonare in fatiche e vigilie. per la qual cosa in breve tempo si trovò raccolto un tesoro di scienza, e di cognizioni d'ogni maniera. Pose l'animo altresì alle lingue con tutta cura; cotalchè sapea molto innanzi Latino, Italiano, Franzese, Inglese; per provvedersi con questi ajuti d'assai ricco capital di dottrina, leggendo gli autori, e fornirsi del modo d'acquistarsi meglio e conservarsi le amicizie delle persone più nominate.

II. Adunque di anni vent'uno, si mise il 1803 a viaggiar per l'Italia, ed a Roma si fu condotto: della qual città, miracol del mondo, egli prima di essere sulla faccia de' luoghi, aveva a mano tutti i monumenti d'antichità, di magnificenza, di belle arti e dottrine. Quivi, per la gentilezza sua e per la fama che sonando eragli venuta innanzi, assai prestamente ebbe fatta amicizia con gli uomini più eccellenti, e tiratigli in amore ed ammirazione di sè; cotalchè da sè mai nol partivano, e'l volevano a parte de' loro ragionamenti e degli studj: tra' quali furono de' primi, Giuseppe Marotti e Gaetano Marini: due lumi d'Italia, per la più eletta dottrina: e quella universal biblioteca, Francesco Cancellieri, morto ora fa pochi mesi. in somma, per

cessit e vita. denique, quotquot maxime vel literarum, vel doctrinae laude florerent, horum omnium familiari consuetudine atque officiorum vicissitudine, vitam egit jucundissimam. Praecipua autem familiaritate devinctus est cum viro elegantissimo, Quirino Candelorio; apud quem, in amicitiam pervenit Aloisii Biondii et Julii Perticarii: quibus fuisse illum perpetuo carissimum, non vulgari in laude Thomae nostro ponendum existimo. quare in Arcadum coetum, atque ab Latina Academia inter illorum Socios adlectus est. Roma profectus, in Etruriam pervenit, elegantiarum omnium atque urbanitatis domicilium. Ibi, quamquam omni officiorum genere exceptus atque ornatus fuisset, parvo tempore moratus est: namque illum Genuae opperiebatur Antonius frater, quo eidem, confecta superioris anni Italica peregrinatione, anteverterat, crebrisque eum literis sollicitabat se se ut ad ipsum conferret. Genuae nullum fuit amoris, observantiae, aut honoris testimonium, quo non cumulatissime esset ornatus: ibi enim (qua erat humanitatis et scientiae commendatione) omnium, qui in literis ac scientiis principes haberentur, eorum auctus est consuetudine atque amicitiis; in primisque Josephi Solarii; qui sive eruditionis, sive poetices, aut philosophiae, aut mathematicae nomine, omnibus facile in ea urbe praestabat. Pervenit etiam in familiaritatem clarissimi viri, Aloisii Lambertii; a quo (cum, Genua decedens, Mediolanum cum An-

Digitized by Google

addimesticarsi familiarmente, e per iscambiare di uffizi con tutti coloro, che meglio in lettere ed in fama di dottrina fiorivano, egli se la passò col maggior diletto del mondo. Ma il più stretto legame di familiarità annodò egli con quella perla di uomo, Quirino Candelori, nella cui casa strinse amicizia con Luigi Biondi e Giulio Perticari; a' quali l'essere egli stato sempre carissimo, io lo credo da porre in luogo del maggior panegirico del nostro Tommaso. adunque fu scritto degli Arcadi, e Sozio dell'Accademia latina. Partito da Roma, venne in Toscana, domicilio di tutta gentilezza e cortesia: dove, comechè fosse onorato e carezzato di tutta sorte favori, si fermò picciol tempo; conciossiachè lo aspettasse a Genova Antonio il fratello, là dove gli si era innanzi condotto; tuttavia frugandolo con ispesse lettere, che quivi a lui si dovesse condurre. In Genova non fu testimonianza di affetto, osservanza ed onore, di che non fosse largamente colmato: conciossiachè quivi (essendovi egli assai raccomandato dalla gentilezza e dottrina sua), ebbe l'onore della dimestichezza ed amicizia di tutti coloro, che in opera di scienze e di lettere aveano voce di sommi: tra' quali fu de' primi Giuseppe Solari; uomo, che in fatto o di erudizione, o di poesia, o di filosofia, o di matematica, entrava senza contraddizione innanzi a tutti di quella città. Si mise altresì in familiarità con Luigi Lamberti, uomo chiarissimo; dal quale (par-

tonio fratre profectus esset) Chersa noster deductus est ad Vincentium Montium; virum hujus temporis omnium (qui quidem vivant) alicujus nominis poetarum longe clarissimum. cujus profecto diei memoriam nunquam ille, sine mirabili voluptate, revocare solitus erat: quod et saepissime gestiens cum familiaribus usurpabat; recolens scilicet singulare hominis ingenium, eloquentiam, et mirificam artis poeticae facultatem. is vero Thomam nostrum omnibus urbanitatis ac benevolentiae significationibus amplexus est. Denique, tot eruditionis, doctrinae, necessitudinum ornamentis instructus, biennio et amplius postquam erat profectus, cum fratre rediit Rhacusam.

III. At, quando Antonii fratris tam saepe incidit recordatio, non abs re fuerit de Thomae in suos pietate, nonnulla commemorare. Parentes perpetuo coluit dilexitque, non modo ut nulla inter eos offensio unquam intercesserit, eisque morigerus semper fuerit; sed obsequio eos et charitate, quae a filio reverentissimo proficisci oporteret, sibi devinxerit. Cujus in eos pietatis vel amoris luculentissimi testimonii loco sit; illum, cum toto continenti biennio, in illa sua quam dixi peregrinatione, abesse statuisset; adeo parentum desiderio laborasse, ut ante id confectum temporis spatium, quin semel ad eos Rhacusam se referret, sibi imperare non potuerit. Josephi fratris natu minimi,

tito che fu da Genova, e col fratello venuto a Milano) fu il nostro Chersa accompagnato a Vincenzo Monti; personaggio, che oggidì tutti i poeti di qualche nome (parlo de' vivi) di largo si lascia addietro di fama. del qual giorno il nostro Tommaso non solea rinfrescarsi mai la memoria, senza maraviglioso piacere; ed assaissime volte, galluzzando, l'avea in bocca co' suoi familiari; tornandosi a mente il singolare ingegno dell'uomo, l'eloquenza e 'l valore maraviglioso nell'arte poetica. or egli lui carezzò con ogni dimostrazione di urbanità e di benvoglienza. Finalmente, fornito di tanto tesoro di erudizione, dottrina, amicizie, appresso due anni e più che egli era partito, si ricondusse col fratello a Ragusa.

III. Ora, poscia che tante volte ci cadde di nominar questo Antonio il fratello, non sarà fuor di luogo il toccar qui alcune cose della pietà di Tommaso verso de' suoi. Egli riverì sempremai ed amò i suoi genitori per forma, che non solamente non fu mai tra di loro disgusto, anzi fu sempre loro obbediente; ma e con quell'ossequio e tenerezza, che dal più reverente figliuolo potesse venire, se li legò. Della qual pietà ed amore verso di loro, ci scusi luculentissimo testimonio cotesta cosa; che avendo lui fermato di star fuori, in quel suo viaggio che ho detto, due anni interi alla fila; tanto gli cosse il dolore della lontananza da' genitori, che prima del detto termine, non potè contenersi che non facesse un tratto a loro una corsa a Ragusa. Essendogli morto, all'entrata del

qui mirificam de se spem fecerat, obitum tulit acerbissime; qui accidit anno M.DCCCXIX. ineunte. Ex matris vero morte, quae obiit VII. cal. Aug. A. M. DCCC. XXV. adeo afflictus exanimatusque est, ut dolori ferendo plane impar fuerit; namque vehementissima animi commotione fractus, vix pauculos menses eidem fuit superstes. quod ipse sui fatum, divino quodam instinctu ac praesensione, Italico epigrammate quod sic incipit; *Poichè quel, che di questa ingrata vita;* quodammodo est vaticinatus. Cum Antonio vero fratre natu maximo conjuncte adeo atque intime semper vixit, ut chariorem cunctis habuerit, atque amatorie potius (si dicere fas est) eum, quam fraterne dilexisse videretur. nam, praeterquam-quod se absque illo vivere vix posse putaret (ut etiam in peregrinatione illa Italica, socium habere quoad potuit itineris et vitae voluerit); illum adhibebat omnium suarum cogitationum, consiliorum, universae denique vitae participem, eoque semper vel magistro, vel duce, vel omnibus in rebus auctore utebatur; tanta mehercule animorum et voluntatum consensione, ut duo hi fratres, veluti quoddam oculorum par, in omni vita sint habiti. Quanta vero animi contentione Thomas noster Antonium fratrem complexus fuerit, ex eo potissimum potest intelligi, quod hic vicissim perdite (ut ita dicam) illum amarit; tantique fecerit, ut, habere se cui

1819, il minor suo fratello Giuseppe, giovane di grande aspettativa, ne fu trafitto di acerbissima piaga. Ma della morte della madre, che avvenne a' 26 di Luglio del 1825, ne ricevette un colpo di tale trambasciamento, che egli si sentì meno al dolore: e così fu; perchè vinto da veementissima scossa d'animo, non le sopravvisse che appena pochi mesi. il qual suo fine egli, quasi per ispirito o presentimento, profetizzò (fui per dire) in quel suo Sonetto, che comincia così; *Poichè quel, che di questa ingrata vita*. Con Antonio poi, fratel suo maggiore, sempremai visse in tanta unione ed intrinsichezza, che lui avea di tutti carissimo; sicchè dimostrò (se posso dirlo) anzi d'amarlo d'amore, che da fratello. Imperocchè; lasciando stare, che gli pareva non poter vivere senza di lui (onde eziandio in quel suo viaggio d'Italia volle averlo, quanto potè il più, compagno di via e della vita); ma con lui comunicava tutti suoi pensieri e consigli, e infine ogni suo atto; sempremai reggendosi alla guida degli insegnamenti, e dell'autorità di lui in tutte le cose. e veramente tanta era la concordia de' loro animi e delle voglie, che questi due fratelli in tutta la vita parevano un bel pajo d'occhi. Ora con quanta foga d'affetto il nostro Tommaso si tenesse abbracciato col suo Antonio, a questo si può singolarmente conoscere; che questi a vicenda lui amava (son per dire) perdutamente, ed avealo in tanta di stima, che affer-

Digitized by Google

plus deberet quam illi, neminem diceret. Id vero ille, quamvis in vita universa, certe in ejusdem interitu apertissime declaravit: cujus ipse rei testis locupletissimus esse possum; qui ab Antonio literas amoris atque aegritudinis animi adeo plenas acceperim, ut legenti mihi interdum lacrimas excusserint. quibus profecto rebus sum adeo commotus, ut e vestigio illud Italicum epigramma eidem fuderim, cujus id est initium, si bene memini; *Il duol, che in te sì fonda piaga aprio*. Neque vero huic dolori, vel amicorum consuetudo, vel officia (colligendis praesertim, et vulgandis fratris ejusdem laudibus), vel nostrae literae saepius missae, sed neque ipsa temporis diuturnitas; quae acerbissimis etiam doloribus mederi aliquando solet; medicinam aliquam aut levamen afferre adhuc potuerunt: refricatur enim magisque in dies recrudescit, ex rerum praeteritarum memoria, ex collocutione de fratris vita et laudibus, aliisque causis dolor, omni arte et cura obstinatior. Quamquam ipse, dolori levando vel minuendo, aptius sibi remedium visus est invenisse; scilicet vindicandis ex oblivione, vel immortalitati consecrandis illius virtutibus. cui quidem honestissimae cogitationi aliquantulum obsecundare mihi ipsi propositum est, hoc de Thomae sui vita commentariolo: qua in re, si quid ego ad finem propositum effecisse possim confidere, profecto magno foenore operam collocasse meam existimaverim.

mava non essere uomo al mondo, al qual fosse più debitore che a lui: di che egli, siccome tutto il tempo che visse, così in ispezieltà nella morte, fece apertissima dimostrazione. Della qual cosa posso io medesimo essere amplissimo testimonio; che d'Antonio ebbi lettere tanto piene d'affetto e di angoscia, che leggendole mi cavaron le lagrime: di che io mi sentii così mosso, che di presente gli abborracciai quel Sonetto, che comincia (mi pare); *Il duol, che in te sì fonda piaga aprio*. Ora a questo dolore, nè il comunicar con gli amici, nè i loro uffizj (soprattutto, del raccogliere e pubblicar le lodi dello stesso fratello), nè le mie lettere ben frequenti; ma nè eziandio la lunghezza del tempo (la qual suole talora de'dolori anche acerbissimi essere buon lenitivo) poterono fino ad ora apportar nulla medicina, nè alleviamento: conciossiachè si esacerba ogni dì più e rincrudisce; sì per lo ricordare delle cose passate, sì pel ragionare delle virtù del fratello, e sì per altre ragioni; il dolore, che ostinatamente si tiene contro ogni opera di medicina. Quantunque, a dover consolare e mitigar il cordoglio, egli si crede aver trovatosi un rimedio meglio da ciò; il qual è, di assicurare d'oblivione, o piuttosto consacrare all'immortalità le virtù di lui. al quale suo onestissimo divisamento io mi sono deliberato di dovere dar mano, con questa poca memoria della vita del suo Tommaso: nella qual opera, se io possa pigliar fidanza d'aver fatto all'inteso fine qualcosa di bene, io mi terrò al certo avere con larga usura

Illud demum, in exemplum erga suos pietatis, non absurde ponendum mihi persuadeo; quod a nonnullis minimi factum iri non dubito: illum, cum jam prope in vitae exitu versaretur, suosque videret magno dolore consternatos; ut eos quoquomodo ab tanta aegritudine abduceret, quaerentibus quomodo tandem se haberet; Ego vero mihi meliuscule esse videor, subridentem respondere solitum. sed ad propositum redeamus.

IV. Ut ille in patriam se tandem recepit, nihil habuit antiquius, quam ut omni animi contentione ea studia prosequeretur, quorum fere a crepundiis posuerat fundamenta. Antiquitatis amator fuit studiosissimus, nec non gravium disciplinarum, quarum egregia dedit specimina; quae vel jam edita sunt in lucem, vel in scriniis ab se relicta, vel etiam tantummodo in adversariis relata. Nec vero non humanioribus literis animum in primis applicuit; quod eisdem se, vel quodam acerrimo naturae sensu, vel usu atque institutione, comparatum sive omnino factum intelligeret. sic enim animo secum agitabat; ex hac ingenii vel naturae constitutione, statuendum esse homini, in quo potissimum quisque artis vel scientiae studio, animi sui vires ac nervos intenderet. Italicas igitur literas habuit in oculis; in iisque excolendis perpetuam atque absolutissimam navavit operam; eos maxime auctores sequutus, qui in unoquoque genere essent clarissimi, et vulgo ad imitandum

Digitized by Google

collocata la mia fatica. Finalmente una cosa credo essere da recare in esempio di quella sua pietà verso i suoi; il che io so bene, che alcuni l'avranno per una ciancia: ed è; che essendo lui in caso di morte, e veggendo i suoi costernati di smisurato dolore; per rimuoverli da tanta amaritudine, domandandolo essi come però si sentisse; egli sorridendo solea rispondere; Or che credete? io me ne sento così un poco meglio. ma ritorniamo al proposito.

IV. Ricondottosi finalmente in patria, la sua maggior cura si fu, di continuare di tutta forza quegli studi, de' quali, forse dalle crepunde, posto avea il fondamento. Fu spasimato dell' antichità, e delle gravi discipline altresì; delle quali diede prove bellissime, che sono parte uscite già in luce, parte da lui lasciate ne' suoi scaffali, e parte gettate negli stracciafogli senza più. Quantunque alle belle lettere in ispezieltà pose l'animo; conciossiachè a queste, e per acutissimo natural sentimento, e per esercizio et educazione, egli si sentia meglio acconcio, o piuttosto nato fatto del tutto. imperocchè egli facea seco ragione; secondo questa attitudine d'animo o di natura, dover l'uomo fermar suo proposto: in quale studio di arte o di scienza, meglio che in altro, debba ciascuno mettersi coll'arco dell' osso. Adunque le lettere italiane furono l' amor suo: nelle quali pose sottilissimo studio non mai interrotto;

propositi. qua quidem in re, non vulgi opiniones, non partium studium, non consuetudinem temere sectabatur; sed rationem, atque illud pulchri et decori intimum mentis judicium, optimorum perpetua consensione confirmatum, cujus plane explicatam atque exploratam in animo habebat rationem. Cujus rei argumento esse debet, quod ille Dantem Aligherium adeo adamaverit, hujus ut Comoediam, non memoria solum plane haberet comprehensam, verum etiam mentis ac rationis vi propemodum venis receptam: illius enim operis omnem artem, sententias, figuras, imagines ad naturam pulcherrime exactas, complexionem denique atque ordinem universum rerum et verborum tam accurata commentatione introspexerat; ut illo ex auctore et exemplo, veram perfectae poeseos rationem, deque omnibus sive rebus sive scriptoribus judicandi normam hauserit certissimam. Quare, quod Quintilianus dixit, Quibus Cicero esset valde probatus, eos plurimum se profecisse necesse esse credere; idem in Chersam nostrum maxime convenire putaverim; illum nempe majorem in modum in literis profecisse, cui Dantes esset probatissimus. Igitur cum hoc exemplo, tum aliorum qui nostrae linguae, doctissimorum hominum judicio, magistri ante alios atque auctores sunt habiti, ita ad hujus linguae notitiam se compa-

quelli pigliandosi per maestri che, ciascuno in suo genere, fossero di maggior grido, e generalmente posti per esemplari. nel qual fatto, non all'opinione de'più, non a studio di parte, nè andava dietro inconsideratamente alla moda; anzi alla ragione, ed a quell'intimo giudizio della mente, circa il bello ed il convenevole, confermato dal perpetuo consentimento degli ottimi: del quale egli avea in tutto chiara e ferma nell'animo la ragione. Di che gran dimostrazione fa questo; che egli era per forma acceso di Dante Alighieri, che la sua commedia non pure tenea tutta nella memoria, ma per forza di intendimento e ragione, n'era quasi rinsanguinato: imperocchè le sentenze, le figure, le imagini di quell'opera (egregiamente condotte alla norma della natura), e finalmente tutto l'accozzamento, e'l più riposto ordine delle cose e delle parole, n'avea profondamente ricerco con sì sottile meditazione, che da quell'esemplare ed autore avea ricolta la vera ragione del poetare perfetto, e la certa regola del giudicar delle cose e degli scrittori. Il perchè, quello che disse Quintiliano; Coloro doversi reputare aver fatto molto profitto, a' quali Cicerone piacesse assai; quel medesimo mi pare convenir troppo al nostro Tommaso, al quale fuor di modo piaceva Dante. Adunque, sì all'esempio di questo poeta, e sì degli altri che, a giudizio de'più dotti uomini, furono sempre innanzi ad ogni altro reputati maestri e formatori di no-

ravit, ut eleganter et purissime scriberet. Hic vero praetereundum minime censeo, de hujus linguae aetate atque excellentia quid senserit noster Chersa. Id enim sibi persuasum fuerat; optimam scribendi rationem non aliunde nobis esse colligendam, quam ab Scriptoribus saeculi xiv, quos ille aureos appellabat; ipsum vero in iisdem pervolutandis (me quidem hortatore, ne dicam auctore) plurimum studii atque operae collocasse, cum ea quae ipse scripsit, tum illius de illa aetate judicium, indicio esse debent. Nam in Commentario ab se de vita Georgii Ferrichii conscripto, haec habet; Neminem potuisse unquam in aliquam boni scriptoris existimationem pervenire; qui non in saeculi xiv scriptoribus temporis plurimum, studii et vigiliarum insumpserit: quod contra nostrae aetatis homines plurimi, nullo negotio, nullo exemplorum delectu, elegantiae se laudem existimant, atque immortalitatem nominis consequutos. Tria sunt Thomae Commentaria, quibus id satis superque probatum judicem: unum de Vita Georgii Ferrichii Rhacusini, alterum de Didaco Pyrrho Lusitano, tertium de Viris illustribus, praesertim Tuscis, qui post restitutas in Italia literas, Rhacusae sibi domicilium constituerint: quorum quae duo primum sunt commemorata, in lucem sunt edita; tertium

Google

stra lingua, si fu fornito della costei conoscenza per modo, che elegante e purissimamente scrivea. Nel qual termine non credo da trapassare, quale circa l'età e l'eccellenza di essa lingua, fosse il giudizio del nostro Chersa: conciossiachè egli era persuaso, l'ottima maniera di scrivere non dover noi altronde accattare, che dagli scrittori del secolo XIII, i quali aurei solea nominare. e che egli nel ricercarli (il che egli fece, confortato, per non dire menato a mano, da me) assaissimo avesse posto di studio e fatica, cel dicono sì le cose scritte da lui, e sì il suo giudizio di quella età: conciossiachè nel suo Commentario della vita di Giorgio Ferrich, parla così; Niuno aver mai potuto venire in qualche fama di buono scrittore, che assai di studio, tempo e vigilie non avesse posto negli scrittor del trecento: quando in contrario assaissimi sono del tempo nostro, che senza pigliarsene alcuna fatica, senza scegliere fra' maestri, si tengono al fiore della eleganza, ed alla immortalità del suo nome essere pervenuti. Ora questo che io dissi, mi pare aver Tommaso più che a bastanza provato con tre suoi Commentari; l'uno che è della vita di Giorgio Ferrich, l'altro di Diego Pirro Portoghese, il terzo de' Personaggi illustri, massimamente Toscani, i quali, dopo rinate in Italia le lettere, s'erano accasati in Ragusa: de' quali i due primi uscirono a luce, e 'l terzo (da lui scritto novellamente, a petizione di

(quod ille, rogatu Urbani Lampredii clarissimi viri, exaravit) est adhuc in codicillis. haec vero commentaria ea sunt verborum proprietate atque elegantia conscripta, ut nativo quodam beatae illius aetatis splendore colluceant. Illud autem optimi judicii et veterum imitationis specimen esse judico, quod non illius scripta ambitiosa quadam sententiarum exuberantia, nec exquisita verborum sive ornamentorum velut luxurie, sed summa simplicitate, et justa quadam parsimonia maxime praestant; contra ac de plerisque aetatis nostrae scriptoribus solet accidere. Est praeterea illius oratio libere fluens; nihil in ea nisi loco positum, tamquam in vermiculato emblemate, ut quidam ait: nec vero diffluens ac soluta, sed aptis adstricta numeris; verborum autem comprehensio mollis ac flexibilis; in compositione tandem universa rerum et verborum, plenus artis ordo, et perspicuitas perpetua. quare haec illius scripta splendidissimo omnium judicio, in primisque nobilissimi viri Hippolyti Pindemontis, sunt illustrata. Illud vero in Pyrrhiano commentario animadversione dignum duco; Chersam illius vitam ac scribendi rationem ex unis ejusdem scriptis, pulcherrima structura effictam atque elaboratam, comprehendisse. Cum vero Thomas, assidua in latinis literis exercitatione et ingenii sui vi, expeditissimam sibi ad hujus linguae laudem viam muniisset; ne hanc invidere Antonio fratri videretur, ea carere (ut

Urbano Lampredi, uom di gran nome) ci ha lasciato ne' suoi manoscritti. Questi Commentari adunque sono scritti con tal proprietà ed eleganza, che ci brilla la natia lucentezza di quella beata età. Or una prova dell'ottimo giudizio di lui, e del suo imitare que' vecchi, parmi essere questa; che il singolar pregio di que' suoi scritti, non dimora già in un ambizioso rigoglio di sentenze, nè in certo affettato lussureggiar di parole e ornamenti; ma in una somma semplicità, ed in una certa sua ragionevole parsimonia: il rovescio generalmente de' più scrittori dell'età nostra. Oltre a ciò, ha il suo scrivere un andar disinvolto; in esso niente altro che posto al suo luogo, siccome (a detto d'un certo) un'opera a musaico: nè era già floscio o flussibile, ma legato per numeri convenienti; il giro poi de' periodi, pieghevole e molle: da ultimo, nell'intero accozzamento delle cose e delle voci, una perpetua concinnità e limpidezza. di che avvenne, che queste sue opere dall'orrevolissimo giudizio di tutti furono celebrate, e soprattutto del celebratissimo uomo, Ippolito Pindemonte. Ma del Commentario del Pirro, credo essere da notare; come il Chersa compilò la costui vita e la maniera del suo scrivere, da soli gli scritti di lui componendola, e figurandola con bellissima simmetria. Ma, conciossiachè Tommaso, per continuo studio de' Latini e per forza di suo ingegno, si fosse fatto il ponte assai spedito alla gloria di quel-

puto) dedita opera instituit, maluitque Italice tantummodo scribere: alteram scilicet provinciam vel laudis curriculum, eidem relinquens. cujus ego de summa pangendorum versuum facultate et copia, dicere abstineo; ne forte fidem imminuam, aut de laude deteram.

V. Scribendis item versibus Thomas dedit operam, satis bono fato; erat quippe concinnus, gravis, nervorum et succi plenus: elucet enim in iis quaedam sententiarum sanitas, et pelluciditas simplicitatis plena. Etsi; quoniam poesis calorem quendam, sive incitatius dicendi genus postulat; quod abesse ab placida et composita illius natura videbatur; illum non ita numeris omnibus absolutum dixerim, quemadmodum in soluta oratione. Hisce vero ab exercitationibus ne unquam avocaretur; ab omnibus oblectamentis, tamquam ab interpellatoribus, perpetuo abstinuit; ut nec ludere unquam visus sit, nec adesset spectaculis, aliisque hujus generis irretiri se passus sit illecebris voluptatum: quae ego, non tam vitae delinimenta dixerim, quam quaesita ad nauseam depellendam perfugia ab iis hominibus, quibus ad graviorum studiorum delicias nulla suppetit facultas. Unum erat quo se oblectaret, idest quotidiani conventus apud R. Androvichium, Franciscae Chersae sororis suae virum, lectissimae feminae, multis literarum ornamentis Italice Galliceque excultae. Eo convenie-

la lingua; per non dar vista che e' l'invidiasse al fratello, in vero studio (credo io) a lei rinunziò, togliendo di scrivere senza più italiano; e ciò per lasciare l'altra provincia, ovvero aringo d'onore, ad Antonio: del cui sommo valore e copia nel poetare, io mi tengo di nulla dire; per non isceinarmi fede, o menomar la sua gloria.

V. Pose anche studio ne' versi con bel successo: perocchè egli era aggiustato, grave, pien di sugo e di nerbo; e i suoi versi sono illuminati d'una certa sanità di concetti, e d'una sua lucidezza tutta candore. quantunque; per volere la poesia un cotal calore, e maniera di dire anzi risentita che nò (che parea fuori della sua indole placida e moderata); io nol direi in questi così compito di tutte parti, come egli fu nella prosa. Ora, per non essere da così fatti studi distratto; egli si astenne sempremai da tutti i sollazzi, come da sturbatori; sicchè nè giuocare fu visto mai, nè fu ad alcuno spettacolo, nè si lasciò pigliare al diletico di altri cotal fatta piaceri: i quali non tanto vorrei io chiamare ricreamenti della vita, quanto ripari da cessar noja, trovati da quegli uomini, i quali non sono il caso da gustare il dolce degli studi più gravi. Una ricreazione godevasi senza più; e ciò furono le quotidiane tornate in casa di R. Androvich, marito di Francesca Chersa sorella di lui; fior di matrona, fornita di largo capitale di lettere, sì Italiane come Franzesi.

Digitized by Google

bat Thomas, nullum intermittens diem, prima quaque nocte, cum Antonio fratre, in primisque L. Stullo medico aliisque; quorum omnium nemini quidquam erat gratius, quam ut mutuis iisdemque doctis sermonibus, multa inter se invicem communicarent. dicebatur de scripto aliquid; vel ponebatur quaestio, de qua quisque in utramque partem dissereret; recitabat eorum quivis aliquid ab se elucubratum; ferebanturque ea de re liberae, sine amore et odio, sententiae, (in quibus maxime explendescebat Nicolaus Sororis filius Androvichius; adolescens ingenio et spe, aetatem longe supergresus) plane ut quamdam Academiae speciem repraesentarent; atque illae Noctes Rhacusinae appellari posse, verissime viderentur.

VI. Incidit illa calamitas, cum de jure publico armis tantummodo est disceptatum. Tunc eversa Rhacusina Republica atque direpta, inque provinciae formam redacta (quod anno M.DCCC.VIII. factum est), non minimum Chersarum res familiares sunt imminutae. Eo tempore qui rerum potirentur, cum hominis fidem abstinentiamque optime perspectam haberent atque exploratam, Thomam negotiis Gallorum gerendis (eundemque postea, Italorum) legatum, seu administratorem in provinciis Illiricis, perhonesto decreto crearunt. quo in munere se ita gessit, ut omnibus, tum qui illum regioni praefecerant, tum quorum gerebat negotia, studium atque fidem probaverit suam. erat

Quivi si riducea Tommaso (e non fallava mai dì) in sul far notte, col fratel suo Antonio, col Dottor L. Stulli, e con altri: de' quali niuno era, che d' altro si dilettasse meglio, che del comunicar seco di varie cose e di dotte. Si leggeva qualcosa o ponevasi qualche punto, sopra del quale, pro e contra, ciascuno teneva ragionamento: recitava l' uno o l' altro qualche suo lavoro; e ciascuno dicea liberamente la sua, senza amore nè odio (tra' quali in ispezieltà risplendea Niccolò Androvich, figliuolo della Sorella; giovane, d' ingegno e di speranza a gran pezza travalicato di là dagli anni): cotalchè parea quella una cotale Accademia; e quelle sarebbon potute chiamarsi, Le Notti Ragusine.

VI. Avvenne poi quel riverso, nel quale la ragion pubblica con la punta delle spade fu cominciata guidare: quando, abbattuta e rubata la Ragusina Repubblica e recata a provincia (che fu il 1808), lo stato di casa Chersa fu non poco abbassato. Allora quelli che dominavano, avendo bene in mano della lealtà e disinteresse di Tommaso, lo crearono con assai orrevol decreto, Legato o Procuratore delle bisogne de' Franzesi nelle provincie Illiriche (e 'l medesimo fu fatto appresso, degl' Italiani). nel qual uffizio egli a tutti; non pure a quei che ve l' avean posto, ma e a coloro i cui negozi menava; fece benedire il suo zelo e la fede: essendo lui d' intendimento sì acuto e di

enim ea mentis acie rerumque experientia, ut omnia prospiceret ac facile reperiret; tanta autem in omnes humanitate, ut omnibus facultatem adeundi sui fa ceret, neque tamen a jure unquam aut a dignitate discederet. Nec vero hujus laudis et muneris sui cursus non iterum abruptus est, nova rerum conversione; cum Gallis, propter Austriacorum victorias, tota Italia depulsis, omnis rerum potestas ad Imperatorem Franciscum I. pervenit: alio enim rerum et magistratuum ordine constituto, Thomas se a rei publicae administratione subduxerat; idoneum tempus ratus, iterum ad intermissa studia sui recipiendi, in quibus aliquod perfugium sibi a tot molestiis pararet. Neque tamen haec requies fuit illi diuturna: cum enim de illius doctrina, prudentia aliisque ejusdem virtutibus, ex praeteriti temporis existimatione, ad Imperatorem esset perlatum, ad publica diversa munera illum adhibuit; in primisque illum domorum hospitalium quae, aegrae plebi curandae orphanisque alendis, sunt Rhacusae, decretis honorificentissimis amplissimoque ornamento, moderatorem fecit seu curatorem: percrebruerat enim cum de illius providentia, tum maxime de praecipua in egentes et calamitosos misericordia, explorata plurimis rebus opinio. qua quidem in praefectura, sanctissime per annos aliquod ac nitide gesta, diem obiit supremum.

Digitized by Google

tanta sperienza, che a tutto avea l'occhio, e spacciatamente trovava gli spedienti. Verso le persone poi era umano per modo, che a tutti facea copia di sè; senza però mai dipartirsi dalla giustizia, e dalla dignità. Ma eziandio questo corso della sua gloria ed uffizio gli fu interrotto, per nuovo rovesciamento di cose; quando, cacciati per le vittorie degli Austriaci, da tutta Italia i Franzesi, tutta la signoria venne alle mani dell' Imperadore Francesco I. imperocchè, essendo messo nuovo ordine di cose e di magistrati, Tommaso dalla amministrazion pubblica si fu sottrattò; facendo seco ragione, che gli fosse dato tempo, da ricoverarsi agli intramessi suoi studi, ne' quali credea trovar un rifugio da' mali presenti. Ma nè questo riposo gli bastò lungo tempo: conciossiachè, avendo l' Imperadore saputo della sua dottrina, saggezza e delle altre virtù; fattone il giudizio dalla fama del tempo passato; lo allogò in vari uffizi: ed in ispezieltà lo creò, con orrevolissimi decreti ed onorario larghissimo, Sopracciò ed Amministratore degli Ospizi tutti di Ragusa, alla cura de' malati poveri, ed al mantenimento degli orfani; e ciò spezialmente sopra la voce, divulgata già e fermata per molti fatti, della sua provedenza, e soprattutto della pietà verso i mendichi e gli sventurati. nella qual carica, nettissimamente ed esemplarmente da lui amministrata per alcuni anni, finì di vivere.

VII. De universa autem hujus vitae ratione, illud fuerit brevissime dictum: Thomam nostrum, cum tanta ingenii et doctrinae laude, omniumque in se collaudando consensione, ea fuisse animi modestia, ut de se ipse quam demisse humiliterque sentiret, aliorumque facile judicium exposceret; ne dum Antonii fratris, quem judiciorum suorum moderatorem habuit semper, vel etiam auctorem, eumque faciebat plurimi; sed illorum etiam, qui non omnium sapientissimi haberentur. Qui cum de re proposita belle semper et acute loqueretur, atque acerrime judicaret; stare saepissime sententiae aliorum, etiam quae contra se esset, aut tacere maluit, quam sibi uni fidens, obfirmato animo tueri suam. Humanitate, officiis, nativa demum suavitate devinciebat sibi omnium animos; praesertim suorum; cum quibus non modo semper vixit ipse conjunctissime, sed eos inter se summa voluntatum concordia devinctos sic retinuit, ut perpetua pace uterentur, essetque idem eorum omnium copula atque concilium. In colendis tuendisque amicitiis diligentissimus; in egenis adversaque fortuna perculsis, consilio, re, gratia quibus rebus omnibus posset sublevandis, studio fuit ac diligentia singulari. ea denique inerat in homine vocis, vel oris, vel sermonis cumulatissima commendatio, illum ut omnes aeque amarent ac vererentur, omnibusque ejusdem interitus fuerit acer-

VII. Del general modo della costui vita, dirò assai brevemente. Conciossiachè il nostro Chersa avesse tanta eccellenza d' ingegno e dottrina, e sentisse tutti così accordati in lodarlo; fu tanto modesto, che di sè assai basso e dimessamente sentiva, e leggermente dimandava l' altrui giudizio; nè dico solamente quello d' Antonio fratel suo (il quale ebbe sempre per regola e forma de' suoi giudizi, avendolo in altissima estimazione), ma eziandio di quelli che non avean voce de' primi ingegni del mondo. Ora, conciossiachè egli in qualunque proposito parlasse sempre acconcio ed acuamente, e delle cose giudicasse assai sottilmente; tuttavia le più volte amava meglio di starsi all' altrui parere, eziandio contro il suo, e tacersi; di quello che, di sè solo fidandosi, pertinacemente mantenere il suo proprio. Con la piacevolezza, con le cortesie, in somma con una dolcezza sua naturale si tenea legati i cuori di tutti, massimamente de' suoi; co' quali non pure fu sempremai corpo ed anima, ma e' gli mantenne fra sè annodati con somma conformità di voleri, cotalchè egli vissero insieme in perpetua pace; essendo lui il cappio ed il concio di tutti loro. Fu diligentissimo nel nutrire e mantener le amicizie: pose studio ed opera singolare in ajutar di consiglio, roba, favore quanto potè il più, i poveri ed i tribolati. finalmente tanto compiutamente con la voce, coll' aspetto, col suo parlare raccomanda-

Digitized by Google

bissimus. Ad omnia haec accedebat religionis studium, nulla unquam re, nec temporum et morum vicissitudine labefactatum, vel imminutum: neque illum veritatis retinentissimum, impia novissimarum opinionum commenta ab antiqua sanctissimorum dogmatum professione dejecerunt; nec rei familiaris augendae, amplificandaeque existimationis spe deceptus, in aliam de Deo et de Christo Salvatore sententiam abduci se passus est, ab ea quam antiquissima religione traditam acceptamque, ab incunabulis retinuisset. neque vero hoc sibi satis esse existimavit, ut de Deo recte sentiret; ni etiam moribus ac vita consiliis suis consentanea, fidei suae luculentissimum adhibuisset testimonium, Qua in re literarum studia ab iniqua flagitiosaque quorumdam opinione vindicavit; qui negant fieri posse, aut unquam esse factum, ut literae cum pietate ac virtute inierint, vel retinuerint societatem. Ejusdem vero de religione, unum hoc ponere testimonium satis fuerit. Illam calamitatem, qua Rhacusinorum opes pene prostratae sunt, adeoque etiam, ut dixi, Chersarum res familiaris non parum imminuta, adeo moderate tulit, ut nullam inde animi perturbationem acceperit. quod

vasi, che a tutti facceasi amare e riverire; onde a tutti acerbissima fu la sua morte. A tutto questo aggiugnevasi un amore della religione, da nessuna cosa mai, nè per mutar di tempi o costumi, spento nè intiepidito: nè, essendo egli tenacissimo della verità, gli empi trovati delle correnti opinioni mai lo scrollarono dal professare gli antichi santissimi dogmi; nè sedotto dalla speranza di crescer suo stato, o di più stendere la sua fama, si lasciò tirare ad altra credenza di Dio e di Cristo Salvatore, da quella che, passata per antichissima tradizione alle sue mani e da lui ricevuta, avea ritenuto fin dalle fasce. Nè a questo rimase contento, di aver diritto sentimento di Dio; che eziandio colle opere, e con la vita rispondente a' propri giudizi, non avesse renduto alla sua fede lucuentissimo testimonio. nel che egli riscosse da una ingiusta e vituperosa opinione di alcuni, lo studio della letteratura; dicendo essi, non poter avvenire e non essere stato mai, che le lettere entrassero, o si mantenessero in società con la religione e con la virtù. Mà della sua religione basti recare in mezzo questa sola testimonianza. Quella calamità, per la quale lo stato de' Ragusei fu atterrato, e per conseguente eziandio l'avere di casa Chersa non poco diminuito, egli la si portò con tanta tranquillità, che l'animo suo non ne ricevette alcun turbamento. ora ciò non è stato per altro, se non perchè egli era persuaso con immobil fermezza;

nulla alia re factum est, nisi quod sibi firmissime persuasum fuerit; humana omnia Dei O. M. próvidentia sapientissime administrari, bonosque ad exitus certissima ratione perduci. Quare a Rhacusinis fatum suum conquerentibus petere erat solitus; Ecquando tandem sibi a Divina erga homines bonitate, ex compacto, cautum fuisset, eorum ut res secundissima tempestate (quod nemini unquam ante accidisset) perpetuo uterentur. igitur cupiditates ac desideria minuerent, eaque ratione in integrum sibi omnia restituta arbitrarentur. Hanc vero animi aequitatem atque constantiam, in vita universa perpetuo retinuit.

VIII. Hisce ille subsidiis cum se ad christianam sapientiam optime muniisset, brevi comparatum se ad veram immortalitatis possessionem capessendam in diem ex die sensit. Cum enim corporis habitu esset imbecilliori, et affecta uteretur valetudine (quippe qui commotiunculis identidem tentaretur); adeo ex variis vitae angoribus, in primisque ex matris morte, ut diximus, debilitatus est (hae quippe molestiae rationis imperio minime continentur), ut valere quotidie ceperit deterius, ac tandem moriturum se brevi intellexerit. Eo in morbo praecipuum dedit patientiae specimen, cum ipsius morbi tum curationis incommodis tolerandis, sine ulla querela, nullo etiam gemitu; quem tamen persaepe maximi dolores sponte sua, nec volentibus, solent exprimere. Igitur christiana ope,

Digitized by Google

tutti i casi degli uomini con infinita sapienza essere da Dio O. M. governati, e per sicurissimo ordinamento a lieto fine condotti. Il perchè, dolendosi i suoi Ragusei della loro disgrazia, egli era solito dimandar loro; Quando mai, e per qual convenzione fatta tra loro e la divina larghezza, avessero avuta la sicurtà, che egli ne' fatti loro dovessero (quello, che a nessuno era mai prima toccato) aver sempremai il vento in sua via? adunque scemassero i desiderj e le voglie; e così facessero ragione d'avere tutte le cose loro tornate nel primo stato. La quale egualità e costanza d'animo egli conservò sempre in tutta sua vita.

VIII. Con questi ajuti essendosi assai ben fornito per la cristiana sapienza, si trovò in picciol tempo tutto all'ordine per entrare, di dì in dì, al possesso della vera immortalità. Conciossiachè essendo egli di temperamento assai gracile e malaticcio; che a mano a mano pativa di indisposizioncelle; per le varie scosse che ebbe a patire, e soprattutto per la morte della madre, come dicemmo (da che le siffatte molestie sono fuori del dominio della ragione); ne ricevette un crollo sì forte, che di giorno in giorno veniva a peggio. In quella malattia diede esempio singolar di pazienza; tollerando con tutta pace le noje, sì di essa malattia e sì della cura, senza alcun lamento e senza un guajo; che pure spesso i dolori acerbissimi ne sogliono, noi non volendo, cacciar della

quam sponte ipse flagitaverat, et conscientia sua sustentatus; cum satis gloriae, minimum patriae ac suis vixisset; III idus Junias A. M.DCCC.XXVI, ex ὑδροπερικαρδίῳ, summa animi constantia, erectaque in Deum confidentia, extinctus est, cum annos XXXXIV vixisset tantum; triste prudentiae suae ac virtutis desiderium relinquens: ut quae, de sanctissimo illius obitu, Stullus et Androvichius, (praeclara duo capita) versibus postea memoriae tradiderunt, non jam poetice excogitata et ornata, sed verissime dicta credenda sint (a).

Antonius Cesarus Amici desideratissimi exstare memoriam voluit, si forte Antonii fratris dolorem minueret.

bocca. Adunque, riconfortato da' soccorsi della religione cristiana da lui dimandati, e dalla sua coscienza; essendo assai vissuto alla gloria, pochissimo alla patria ed a' suoi; agli undici di Giugno del 1826, con somma fermezza d'animo per confidenza in Dio assicurato, morì di idropericardio, avendo senza più quarantaquattro anni; lasciando un amaro desiderio della sua sapienza e virtù: cotalchè quelle cose, che della santissima sua morte scrissero poi in versi lo Stulli e l' Androvich, (due coppe d' oro) non poeticamente da lor trovate e fiorite, ma schietta verità sono da credere.

Antonio Cesari compilò questa memoria dell'amico desideratissimo; se mai potesse ad Antonio il fratello mitigare il dolore.

Digitized by Google

[a] SONETTO

DEL DOTTOR L. STULLI

AL P. LETTORE ANGELO MASLACH

Già da lunga stagione al ciel maturo,
   Angiolo mio, sai ben com' ei vivea;
   Che, fida scorta in questo loco oscuro,
   Celeste raggio i suoi passi reggea.

Moria qual visse, imperturbato e puro,
   Nè l'occhio incerto a' dì che fur volgea;
   Ma in Dio sol fiso e 'n sua virtù sicuro,
   Le sue bell' opre innanzi a sè scorgea.

Ecco, dicevi a lui, quel dolce instante,
   Ch' omai t'invola a questo rio soggiorno:
   E qui muto ti festi e palpitante.

Ed ei, rivolto a te con un sorriso;
   Va, consola gli amici; e dì, ch' un giorno
   Gli rivedrò più lieti in paradiso.

DEL MEDESIMO

AL P. BENIGNO ALBERTINI

MINORE OSSERVANTE

Dunque, o prode Albertin, quel chiaro ingegno,
Alle Camene e a' gravi studi intento;
Che, o figlio il vuoi, fratel o amico, il segno
Toccò d'ogni virtù più rara, è spento?

Spento è quaggiù; ma del celeste regno
Viv'ei nell'ineffabile contento,
A cui suoi merti lo sortiro; e degno
Era, che 'l suo reddir fosse men lento.

Mentre pieno di Dio scioglieva il volo,
Tu ancor per mano lo tenevi; e quale
Parea Tommaso allor, puoi dir tu solo.

Dillo; e ognun sappia, che se a tanto crebbe
Il nostro duolo che non ha l' eguale,
Quegli che n'è cagione egual non ebbe.

Digitized by Google

DEL CAV. R. ANDROVICH

COGNATO DI TOMMASO

Noi piangevamgli intorno: ei dolcemente
Scintillò d'un sorriso, e tal parea,
Qual vicina a mancar face languente,
In quel che i moribondi occhi chiudea.

Poi, qual per sua virtù fiamma che ardente
S'erge, l'anima sciolta al ciel s'ergea;
E tra gli Angiol, che lieti incontanente
Mossero ad incontrarla, ei si mescea.

Alma gentil, ch'or ricongiunta a Dio
Ond'è l'origin tua, forse sorridi,
E forse anco ti sdegni al pianto mio;

Deh! t'offri a me: fa ch'una volta almeno
Ti veggia quale or sei, sì ch'io t'invidi,
Sì che 'l desio di te mi cruci meno.

Digitized by Google